

et magistris rationalibus magne regie curie distinte per
vestras litteras significare curetis.

[5] nichilominus huiusmodi prohibitionem nostram
faciatis voce preconia universis et singulis de iuris dictio-
ne vestra et mercatoribus maxime scilicet de partibus
ipsis quam aliunde in eisdem partibus negociantibus di-
vulgari et extractionem ipsam districtius inhiberi.

[6.] et si quos mercatores vel alios huiusmodi prohi-
bitionis nostre vidueritis contemptores, sive ex voluntate
licencia et permissione dominorum locorum, in quibus
portum fecerint, vel oneraverint seu exoneraverint victua-
lia vel merces aliquas, sive autoritate propria hoc fe-
cerint vel temptare presumpserint, vassella ipsorum cum
eisdem mercibus et victualibus ad opus curie capitis; sig-
nificaturi nobis et predictis magistris rationalibus nomi-
na et cognomina mercatorum ipsorum, vassella et mer-
ces, sue et suas ceperitis, et si de permissione et voluntate
aliquorum prelatorum comitum et baronum hoc factum
fuerit, et quorum et in quibus maritimis et litoribus
seu plagis terrarum eorum, et quicquid inde duxeri-
tis faciendum, cum de ferris tantum domani regii
volumus extrahi merces lites et perundersas. nam si-
cet dominus pater noster aliquibus suis fidelibus terras
et loca in maritima et litoribus vel circa maritimam
constituta gracie concesserit, iis tamen proprie-
tatem dominium etiam et possessionem totius litoris
et maritime pertineniarum terrarum et locorum ip-
sorum, quantum de mari infra terram per iactum